

dicit: *Bo. Quis enim facit voluntatem patris vocantis? Constat ex fructibus operis: quandoquidem obedientia in legem, & iubentem Superiorem comprobatur opere, haudquam nudâ & inertî perfectionis voluntate. In propositum ad unguem Abbas Daniel, apud Ioann. Casian. Collat. 4. cap. 19. Ne forte (inquit) blandientes nobis, qui videmus secundum exteriorem hominem huic renunciaſſe manâo, vel carnalium deſeruiſſe contagia, tanquam qui ſummam perfectionem per hoc apprehenderimus; remiſſiores deinceps erga emundationem cæterarum paſſionum, lentioresque reddamur, exiſtimantes ad perfectionem nobis abundè ſufficere, quâd exteriore homine videamur, de conſervatione mundi ac voluptatibus ſegregari. Reſiſſimè ergo qui tepidus pronunciatuſ eſſe deterior; quia facilis ad ſalutarem conſervationem, ac perfectionis faſtigium quis ſecularis vel Gentilis accedit, quàm qui profeſſus Monachum, ab illo ſemel ſpiritali fervore ſegnîs diſceſſit. Frequenter enim vidimus de frigidis atque carnalibus, ideſt, de ſecularibus ac paganis, ad ſpiritalem perveniſſe fervorem: de tepidis omninò non vidimus. Symbolum obijcitur in pariete: quantumvis ater, modò novus, candore albicat. Si pulvis ſedit, candor è pulvere languet; quippe vi teporis, nunquam totus proſum excutitur pulvis. O Monachi! Vigilate. In ſeculari commodius fuerat degere ſtatu, quàm vivere ſeculares in habitu Religioſo. Monachorum quidem ſpecies tenetur; multa verò, ſub ſanctitatis habitu, ſecularia aguntur: inquit Gregor. Magn. lib. 6. Epift. 29. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas: igitur licet in perfectionem & profectionem ſemen ſit bonum, exorta ſpinæ ſuffocabunt illud.*

Casian.

Pefimi Monachi ſeculares in habitu religioſo.

Greg. Mag. Ierem. 4. 3.

Comites philantia.

Cæſetan. Peior frigidifſimo tepidus, qui ſibi videtur bonus, cum ſit improbus.

Luc. 18. à 10. Amor proprius deſervat errores. Senec.

Greg. Mag.

Quam cæcus, & quâ inſtans!

Præcepti & prævus.

S. Bened.

46. At unde ſpinæ? Ex tepore: tepor verò ex blandientis circumventione philantia, cuius comites deſpectus legis, arrogantia, ſuperbia, præſumptio vana, atque callidiſſima perſidia. Siccine Epifcopi Laodicenſis miſeria. Deſcribit Caietanus Ientacul. 8. q. 4. *Intelligo per calidum manifeſtam charitatem, & per frigidam manifeſtam iniquitatem, per tepidum verò medium; qualis deſcriptus eſt, qui ſibi videtur bonus, & tamen eſt malus: & iuxta hunc ſenſum optat Angelus magis frigidum, quàm tepidum; non ut meliorem, ſed ut faciliorem ad reſpiſcendum. Qui enim cognoſcit ſe eſſe malum; faciliùs correctionem ſuſcipit, quàm is qui putat ſe eſſe bonum & quaſi tutus tepet. Frigidus erat Publicanus: tepidus ſiccine Pharifæus; ſed peior frigidus amore proptio, quia ſe arbitrabatur ſicut cæteri hominum fragrantium legem, quem lex ſignabat præ omnibus peccatorem. Deſcendit Publicanus iuſtificatus præ illo, etſi frigidus eſſet, quippe defectum fervoris cognovit: non ille qui repuerat, quoniam frigidus & malus ſe bonum conſiderabat. Longius erat à ſalute ſiccine tepidus, quàm manifeſte frigidus: iacuitque lethali vulnerere ex veneno philantia: igitur nemo medicinam aut medicum querit, qui non ſe ægrum vel vulneratum cognoverit. Ob illa que alijs diſplicent, ſibi placens: inquit Stoicus, Epift. 115. Haud frigidus eſſet, ſi ſe frigidum cognoſceret. Quid erat neſciebat, ſed ſupez ſe in mirabilibus ambulabat. Conſtat ex textu, quem mirificè exponit Gregorius noſtro propoſito. *Reprobis ſepe evenit (inſit in Iob, cap. 3. lib. 34.) ut per elationis dementia ſublevati, dum nequaquam ruina ſue damna conſiderant, eſſe ſe etiam à bonis actionibus inopes non cognoſcant. Unde voce Angelicâ prædicatori Laodicæ dicitur: Dicit, quod dives ſum, & locupietatus, & nullius egeò; & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis & pauper & cæcus & nudus. Quia divitem ſe aſſerit, qui per arrogantiam ſanctitatis extollitur; pauper cæcusque & nudus arguitur. Pauper utique, quia virtutum divitiis non habet: cæcus, quia nec paupertatem, quam patitur, videt: nudus, quia primam ſolam perdidit; ſed peius, quia nec ſe perdiditſe cognoſcit. Ita igitur meo iudicio accipiendus eſt tepor, Deo tantoperè inſivus: non tepor abſolute, reſpectu frigidî; aliàs nil diceret teſtimonium: ſiquidem claret, frigidum, quàm tepidum eſſe longius à calore quocumque in genere. Tepidus hoc in ſenſu eſt ſui amator, cuius philantia ita ſenſus; ut quæ velit legem aſtruat, quæ nolit, quantumvis celeſtia deſtruat. Tali ſpiritu perciti, haud ſtupendum, quæ crimina faciunt, ſed quæ flagitia relinquant. Pro lege eis eſt deſideriorum voluptas (inquit Legislator N. Benedictus Regul. Sanct. cap. 1.) cum quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum; & quod noluerint, putant non licere. In quiſquilijs veram ſanctitatem collocant, & exterioribus operibus hypocritæ vocant, probitatem ſimulant, pravitatem deaurant; & ita ſutilia magnificanc; ut non ſolum hic in cunctorum ſtuporem, ſed ſufficere cogitent in operabilem æternam felicitatem N. Patriarcha ibid. cap. 4. vulnus detegit, & medicinam apponit. Non velle (ait) dici ſanctum, antequàm ſit; ſed prius eſſe, quo verius dicatur. At hoc didaſcalicum.**

47. In litera reſtat diſcutiendus Tautologicus ſtylus: nimirum, *Utinam frigidus aut*

aut calidus eſſes! *Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus.* Phraſis omninò exergaſtica, de quo ſchemate egimus in Prolog. Galeat. S. 4. n. 13. & Tom. 5. T. 8. ad illud Luc. 18. 34. *Nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intellebant, quæ dicebantur. Iſai. 40. 21. Nunquid non ſciſtis? Nunquid non audiviſtis? Nunquid non annunciatum eſt vobis ab initio? Nunquid non intellexiſtis (Apocal. 21. 21.) Duodecim porta: duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingula portæ erant ex ſingulis margaritis.* Apud ſacroſ & Proſanos uſus ſchematis uſquequaquè. Vid. n. 17. & 37. & in Tom. prior. *Extenditur per geminationem meditatam oratio, ut conſtet apertius animi proferentis intentio: ſequopropter etſi intelligeretur quid inter frigus & calorem eſſet Domini faſtidium; in ſequenti periodo manifeſtat quòd ſit tepidum.*

Verſ. 16.

Exergaſtica.

Variet. lecta.

48. Nunc in Verſione Tautologiæ principalis. *Gemma pretioſa. 2. Paralip. 9. 9. Pretioſiſſimas. Petr. Comelt. Gemmas inſtituabiles. Æthiop. Singulareſ lapilloſ. Arab. Gemmas præſtantiſſimarum gemmarum. Maluend. Lapidem pretioſum.* Verſionum varietatem fecimus in textu expoſitione concordem: modò dicendum aliquid de pretioſitate mortum; ut quantum vita, theſaurizemus in cælum.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. *Gemma pretioſa.* Patet quam pulchra conſervatione Gentilitas: igitur quæ propter idola vilis ſpecie divinitatis, ignominia adorationis deſpecta; cognito Salvatore, apparuit gemma pretioſa.
- 2. *Gemma pretioſa.* Gemma viri mulier eſt, erga quam apponit cor; verum ſæpè fallitur, dum magis illa diligitur: igitur apparet vitrea, quæ ſervabatur uti gemma pretioſa.
- 3. *Gemma pretioſa.* Poſſunt eſſe gemmæ ſine pretio? Utrique, ſi Monachus frigeſcit in inſtituto: & non tantum textus ſacer ſignat gemmas, ſed pretioſas; quippe vita Monachorum, ſi non pretioſa, non gemma.
- 4. *Gemma pretioſa, ſingulareſ lapilloſ.* Singulareſ? Utrique, in hieroglyphica honoris.

Splendor gemmæ conditio, gravitas lapidi ſine pretio: exponiturque gemma ad honorem & gravamen; ut ambitioſus cognoſcat uti gravamen honorem: equidem expectans honore gemmarum decus; invenit, ut prematur lapidum pondus.

5. *Gemma pretioſa, ſingulareſ lapilloſ.* Lapidem occurrunt in offendiolum: gemmæ in præſtantiſſimum pediculum: dicanturque ſingulareſ, propter miracula potentia virtutis: igitur quæ animæ delinquentis offendiacula, fulgent cum potentia gemma pretioſa.

6. *Gemma pretioſa ſingulareſ.* Proprio amore pretioſum, ſingularitate amittit pretium: etenim cum ſibi placeat, etſi cunctis diſpliceat; cunctis ſcoria, quod philauto videtur pretioſa gemma,

DIDASCALIA PRIMA.

Gentilitas ut filia agnita, ex quo illi in Chriſto divinitas manifeſta.

1. **V**ocatio Gentium, atque reprobatio Synagogæ, magnum myſterium dicitur à Paulo inter arcana divina providentia. Quis enim in huiſmodi iudicij diſcrimine cognoſcit ſenſum Domini? Altitudo innotuit divitiarum ſapientia & ſcientia iudicio incomprehenſibili. *Myſterium hoc, ait Doctor Gentium, Alapid. hic: Mirabile arcanum & ſtupendum Dei iudicium. Altitudinem divitiarum vocat magnitudinem miſericordie Dei: equidem quæ miſera iacens ad dilectam in vitis ianuam, non ſolum miſericordiam in-*

Rom. 11. 25. Alapid.

Gratia Dei magna in

venit, ſed magnam miſericordiam: præter dolum enim multitudo in ſinu peccatoris, deſcenderunt de cælo conſolationes: felixque iam floret, quæ diſtiſſimè opprobrium felicis iacuit.

Nec ſibi felix humilis habetur, Niſi felices cecidiſſe videat. Ut canit Senec. in *Hercul. Octavo, v. 673.* Felicitas ultra merita, magis grata, quoniam obvia, maxime ſi permanſora. Unde idem Epift. 98. inſit: *Nunquam credideris felicem quemquam, ex felicitate ſuſpenſum: fragilibus innittitur, qui adventitio latus eſt.*

Senec.

Idem.

est. Exhibet gaudium, quod intravit. At illud ex se ortum firmum est, & crescit & ad extremum usque profequitur: cetera quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Omnia que fortunam intuentur, ita fructifera ac iucunda sunt; si quis habens illa, se quoque habet. Malus omnia in malum vertit, etiam que specie optimi venerant: rectus atque integer corrigit pravia. Videtur tanquam gratie decus, qui non populus iam populus; & que gens corrupta, virgo casta, quin dubitet gratis dilecta de felicitate permansura; quandoquidem in eternum desponsata in fide & misericordia: pre ingratitudine, felici cadente, dato libello repudij; etenim ingrata Synagoga facta obliqua, exhibita mirabilia, ad tempus duntaxat fuerunt bona: cum totum patrimonium divitis felicitatis, mirabili Dei iudicio devolutum est ad gentes. Aratus 2. in Act. Apol. a v. 132.

O semper inanis,
O sterilis Iudaea tibi, que semina vitas
Ne fructus afferre queas! Quibus ore magistro

Atator.

Paulus ait: Vos ista quidem: vos nosse deceret.
At alijs hoc lumen erit: nam scripta factentur,
Lumen in extremis posui te gentibus esse.

2. Habet in institutum fabula ficta locum. Amor (quem Prisci vocarunt Cupidinem rerum celestium, iuxta Platonem in Alcibiad.) descendit de caelo, ut in caelum traheret homines ex misero mundo. Invenit duas feminas, unam dominam, & alteram ministram; utramque in bonis nature atque fortunae diversam: equidem ministra abiecta, pauper ac summe turpis: domina vero pre cunctis speciosa, opulenteque dives. Hae enim (ministram exorsu) placuit oculis Amoris; quam singularibus profectus est obsequijs, sollicitans vario ornatu elegantiam eius & munditiam; usque in invidiosam toti orbi magnificentiam: ita propensus in eius dilectionem, ut minime dubitaret, pro illa totum effundere sanguinem; singulari studio, ac fidei demonstratione, patiente flamma cordis ex amoris magnitudine. Unde illam vocavit Neriten, quasi lucernam & splendorem, vel gemmam eximiam spectabili pulchritudine; servam relinquens tanquam indignam vel nomine. Cum vero iam tempus fatale advenisset (inquit Alianus 14. Histor. Animal. cap. 28.) & Cupidinem Dijs celestibus iussa patris inscribi oporteret; Neriten quoque delicias suas secum abducere voluisset; Nerite recu-

Fabula Amoris & Neritii.

Alian.

savit, eod quod inter parentes ac sorores vivere, quam caelo potiri mallet: & cum alas etiam quodcumque libuisset ad volandum sibi producere posset; hoc quoque manus aspernata neglexit. Quapropter indignatus Amor, Iovis filius, illum in veritem maritum (de quibus Plin. lib. 9. cap. 33. Navigant Veneria, Nerite; prabentesque concaviam sibi partem, & alteram aurea opponentes per summa aquora vesificant) convertit: comitem vero & ministram, illius loco Cupido sibi delegit, & alijs quas Nerite habuerat, induit. Taceat ergo superata vetustas, Deliciae filij Dei erat genus humanum, propter quod reliquit caelum, ut homines ad caelum duceret; siquidem eo intuitu descendit de caelo. Elegerat sibi pridem in sponsam dilectam, Synagogam; quam ditissimo mundo muliebri exornavit, concessitque alas, ut in caelum secum posset ascendere: verum noluit, eod quod inter parentes ac sorores vivere, quam caelo potiri mallet. Portabatur patienter ingratitude, an ex amantis patientia, oriretur tedamatio: ceterum magis exarsit, & Amorem crucifixit; quin erga illam moretur amor, vel dum illius praveraler furor: equidem invitavit in caelo repertos etiam ab illa cum iniuria crucifixus. Quid illa in tot gratiarum studia, quibus mollesceret corda laxa? Facti ponitunt? Mens immota manet, dum eius serva Gentilitas, ob tantam ingratitude nem peccora plorans percussit: cuius cernens filius Dei obsequiosum studium & alterius pravaricantis fastidium; in Sponsam subito elegit, alas donavit, ut posset ascendere in aethera, suffecta pro Synagoga. Vobis (dixerunt Apostoli) oportebat loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis eterna vita; ecce convertimur ad gentes. Qui invitati fuerant, non fuerunt digni: claudique caeci & debiles potiti felicitate; quoniam caelum, regaleque solum Gentilitas occupavit, quod Synagoga donis irritis sprexit.

3. Gemmas pretiosas Salomoni obtulit Regina Saba. Cur dicitur fatientur, dum offert gemmas? Margaritas praestantissimas, ut vidimus in Liter. a n. 13. De Margaritis dicit Plin. lib. 9. cap. 35. Principium, culmenque omnium rerum pretij, margarita tenent: caelique eis maiorem societatem esse, quam maris. Si tempestive fatientur, grandescere & partu. Si tonnerit, pavidas ac repente compressas, speciem modò inani inflatam sine corpore. Miror ipso tantum caelo gaudere, candoremque perdere ut corpus humanum. Tanquam spectata pretiosiss-

Plin.

AA. 13. 46.

Gentilitas adoravit quod Synagoga desprexit.

3. Reg. 10. 10.

Synagoga margarita spectabilis, facta est vilis.

Gentilitas in caelum.

Raecus.

Cur dicitur margarita?

Eccles.

Bernard.

tatis margarita è manibus Conditoris in mare mundi exivit natura humana, conctarum rerum culmen & pretium; ut inaius cum caelo, quam cum terra haberet faulta confortium. Auctor inter tot populos querebat bonas margaritas: invenit unam pretiosam, & alijs relictis comparavit eam. Hae fuit Synagoga, cuius species inflata felicitate, inanis sine ullo corpore. Gentilitas amisit ita colorem, ut margarita nec haberet speciem: ceterum fatiatam è caelo tempestive, certam utique pretio atque partu grandescere; qua prius nancisci nequibat, quia totum caeli rorem Synagoga fugebat. Accessit Regina Saba secum (ut videbimus) portans Gentilitatem, ad divinum Salomonem; à qua pretiosa gemma margaritè exponuntur. Quo pacto si margarita despecta absque ullo primitivo candore? Regem celestem peregrina visit, ut adoraret; quem secum habens Synagoga non cognovit, inflata specie sine corpore, quin dignaretur Conditorem adorare: gemmaeque pretiosa offeruntur à Regina in fortem Gentilitatis, dum erant prius margaritarum species; quoniam recessas à caelo inutiles margaritas, coram Rege restituit gemmas pretiosas. Causam insinuat Franc. Ruëcus, lib. 2. de Gemm. cap. 13, Qua per genesim gratia (ait) in eis desideratur, per columbas refarcitur: qua scilicet devoratas puriores tandem eas reddunt, restituntque. En noster articulus. Florent, quocumque fovet Salvatoris pectus. Tonuit caelum, dum vidit Synagoga pectus ingratum: repenteque species margaritè compressa, ubi à pectore Salvatoris expulsa; sed Gentilitas è caelo tempestive fatiata: gemmaeque pretiosa dicitur, que immunda proieciatur: quippequam ut in pectus margaritam susceperit, gratiam & puritatem columba mira restituit.

In thesauro reposita
Regis est dracina perditas
Gemmae luce inlyta
De luto luci reddita.

4. Dum Synagoga repellitur, Gentilitas in pectus suscipitur; restituentem Christo puritatem, & repellente inflationem: igitur si utra gemma (Gentilitas sine pretio, & pretiosa Synagoga) in susceptione & repulsa, felicitatis & intellectus innorescit differentia: elurientes enim margaritas replevit bonis, & divites pra fastidio dimisit inanes. Quid faciet iustus & misericors Dominus, altera gloriant in lege (inquit Bernard. in Cantio. serm. 14. n. 1.) & applaudente iustitiam sibi, nec indigente misericordia, sed despiciente ipsam, qua indiget: altera è re. Tom. VI.

gione propria cognoscente delicta, consistente indignitatem, renuante iudicium, flagitante misericordiam? Hae nigra, illa speciosa, sed ingrata: quam quidem repellendam illam pectore fovet: ut per amoris vehementiam, margaritam discoloram exhiberet gloriosam non habentem regum neque maculam. Iam non aurea, aurea & argentea argentea, quia obscuratum est aurum, & cecidit mulier circumdata purpura, cocino, bysso, auro, margaritis atque lapide pretiosa; ex cuius ruina erecta & formata speciosa Ecclesia: igitur dum Synagoga facta est vilis per fastidium, Ecclesia effecta pretiosa super aurum, & copazion. Synagoga floruit, quousque plentudo Gentium intraret. An Iudaeorum Deus tantum? Nonne & Gentium? imò & Gentium: praecipuum iustificavit per hunc, reddens fulca margarita candorem. In Epiro sacer fons est (ait Solinus cap. 13.) spectata diversitatis: nam si in eum ardentem immergas faciem, extinguit: si procul ac sine igni admoveas super ingenio inflammat. Quo fieri quibat principio non cognito, dicemus fuse, Tautolog. 9. à n. 14. Ut haurirent aquam è fontibus Salvatoris, cum esset una in tenebris, altera in umbris, Sol iustitia divinus visus in terris. Facula accensa introivit ad fontem Synagoga, Gentilitas vero face extincta: illaque luce caecuit, quim hae clarissime videt; quoniam illuminata ad aspectum Magorum adorantium, patuit Soli exortum in lucem Gentium. Hic dies desponsationis, quando veteres repudians ritus nova Ecclesie sacramenta instituit. Hodie (inquit Gillebert. in Cant. serm. 20.) Synagoga libellum repudij dedit, & à priore odiosa ad posteriorem dilectam transiit. Iure odiosa: quandoquidem Synagoga ita proterva; ut ne videret lumen, extinterit datam ritibus facem; dum gentilitas excitavit pectoris flammam tot erroribus extinctam. Fuerunt huius filij aliquando tenebrae & errore devio: nunc autem lux in Domino, singulari prodigio: igitur Gentilitatis illumpare felicitas, fuit Synagoga tenebrosa caecitas.

Quoniam Gentilitas excitata, fuit extinguita Synagoga.

5. Vir unus, qui fuit Christus, uti diximus Tom. 5. Tautolog. 3. n. 4. in typo Eleanae habuit duas uxores: nomen uni Anna, idest, gratia: & nomen secundae Phenenna, hoc est gemma. Fuerunt Phenenna filij, Anna autem non erant liberi. Quid hoc? Dicit Gregor. hic in sens. allegor. n. 2. Quid per Phenennam, nisi Synagoga exprimitur? & quid per Annam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Anna Ecclesia & Phenenna Synagoga; quia etfi ad Dei cultum prior est Syn-

4. Reg. 244

Unde Ecclesia è Gentibus speciosa pulcherrima

Solin.

Quoniam Gentilitas excitata, fuit extinguita Synagoga.

Gillebert.

1. Reg. 1. 24

nagoga, quam Ecclesia Gentium; ad usum tamen saeculi, prior est multitudo Gentium, quam Synagoga: Paulo attestante qui ait: Non prius quod spirituale, sed quod animale.

Hec Artili falsa & Gentilitas fœcunda.

Cap. 2. 5.

1. Cor. 15. 46. Synagoga erat fœcunda, & infœrata, quia sterilis amula. Nil mirum, Gratia vocabatur: nullusque gratiæ filius inter simulacra fuit; quippe animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Pervenit tempus gratiæ, & peperit sterilis, suffocata (gratia) quæ abundabat filijs; nec cognoscitur fax extincta, ubi extincta fuit accensa: igitur quia clausit ad lumen oculos, infœrata est, quæ multos habebat filios. Non pepererat Ecclesia, quia necdum apparuerat humanitas Salvatoris & gratia. Apparuit, facem incendit: & cum in eius adorationem aperuisset oculos; quæ sterilis videbatur repente peperit plurimos. Ex articulo patet: vix apparuit stella in Oriente, &

Matth. 2. 2.

ecce Magi. Canit Claudian. de Laud. Christ. à v. 9.

Ipsè opifex, opus ipse sui, dignatus iniquas Arati sentire vices, & corporis huius Dissimiles perferre modos, hominemque subire, Ut pulsus monstrare Deum; ne lubricus error,

Claudian

Et decepta diu varij solertia mundi, Peçora tam multis siniret mortalia sæclis Auctorem nescire suum. Te nova sollicito lastrantes sidera visis, In caelo videre prius, lumenque secuti Invenere Magi.

Isai. 49. 18.

6. Leva in circuitu oculos tuos. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuae. Textus accipitur de Ecclesia inter Gentes, dum apparuit gratia Salvatoris. Illa igitur terra sterilitatis Ecclesie, id est, terra sterilis, dum Gentium simulacris servierat; quæ tamen ad Ecclesiam pertinebat tam tam coelesti sate, fœcundata numerofo partu: inquit Doctus. sanctus hic n. 95. Verum occurrit, quomodo dicantur filij sterilitatis, ubi sterilitas talis, quia vacua prolis? Implicat enim fœcunditas & sterilitas: & ubi filij vocantur ex Gentibus, dicantur sterilitatis fructus; ut magis vocentur in gratiam lucretet gratia, ex ipsa sterilitate fœcunda: quandoquidem uberissimum fructum tulit, quæ nullum habuit. Causa ad manum, ut magis confet vocationis prodigium. Si Gentilitas non esset sterilis, fructus essent à natura, non à vocationis gratia: filijque dicuntur fructus eius sterilitatis; ut clarescat mirabiliores: igitur oriente Sole, indice stella, eius qui sterilis fuit, vocati fuerunt per gratiam

Fœcunditas mirabili.

in gratiam filiorum Dei. Ergo in institutum. Contendebant de gloria Anna, quæ gratia, & Phenenna, quæ gemma; hæc dotata splendore fœcunditatis, & illa sterilis. Fide fiebat fœcunditas: & in Gentilitate erat arida sterilitas; quia nullam quibat habere fidem, cum veri Dei non haberet cognitionem. Filij eius mutaverunt gloriam Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentium, evanescentes in cogitationibus suis, insipiente corde errore & obscuritatis tenebris. Lucem vidit, & fidem illicò peperit, sterilitate fœcundâ, dum luce mansit sterilis, quæ fœcundâ Synagoga: fructumque vidit, dum Synagoga filios habens, fructu caruit; quia fidem habuit eximiam numerosâ prole, dum Synagoga pravè defecit à fide. Accessit gratiæ illo lumine insperata felicitas, cum in oculos amula irrueret ex corde cæcitas, & studebat fastidio; quia cor eius non erat rectum cum eo. Unde plurimis filijs partis ab illa quæ vocabatur sterilis, adinstar Phenennæ amisit Synagoga gemmæ pretium; quæ gemma pretiosa facta multitudo filiorum. Error Gentilitatis erat ex carentia lucis: igitur festivè professâ fidem, illicò ac aperuit oculos in Numinis cognitionem.

7. Querite me & vovite, facientem (splendescere in caelo) Arcturum & Orionem, & convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: ait Dominus per Amos. Quorsum ergo ut illum quarant & querendo vivant; proponit Deus Arcturi stellam, & ex Orionis constellatione cornu scam flammam? Arbitror his signis notari Synagogæ fluxam fidem, atque Gentilitatis conversionem. Arcturus pluvius est, ut observant Collamell. lib. 11. cap. 2. & Ovid. 2. de Pont. Eleg. 7. v. 57. Deus Synagogam impensè in gratiam quærebat; sed quia dilecta, præ idolis pro nihilo reputabat: & cum eius desideraret conversionem, portendit Arcturum vel in caelo lachrymantem; quoniam cum esset tanta cordis detestabilis perfidia, in oculis eius ad conversionem nec lachryma. De Orione inquit Natal. Comes, 8. Mytholog. cap. 13. Oenopion ei oculos effodit, & mox extra regionem eiecit: cuius Vulcanus miserus, unum è famulis Orionis ducem viarum dedit: qui in Orientem ad Solem profectus, ab eo sanitati restitutus est, & lumen recuperavit. Iam deus est falsus. A diabolo Gentilitas excæcata, dum adoranda obiecta idola. Sine direttore itineris de erroribus procedebat in errores. Quod notum est Dei manifestum est illis: Deus enim illis manifestavit, ut lucem cæcitas quæret.

Amos 5. 4.

Synagoga in perfidia peribit.

Nat. Com.

Gentilitas orio Sole, ab errore deservit.

ret; quippe duntaxat Gentilitas visura lucem, acceptura oculorum fanitatem, si Solem orientem quæreret. Stellam in iter dextricem feliciter habuit.

Arat.

Stella comes progressa Magos, venientis honori Militas.

Matth.

Succinicit Arator d. lib. 1. v. 50. Lumen recipit, Numen oriente Sole cognoscit, quem prius non adorayerat, quia necdum viderat. Claret in Regibus Magis, Gentilitatis in vocationem primitijs: igitur qui stellas adorabant, quia uti Numina fulgebant; harum reliquerunt splendorem, ut luce illarum adorarent verum Numen. Venimus adorare eum. Promptitudo cordis in adorationem, pristinam indicat cæcitate, atque pretiosam ex cognitione fidem: igitur prius adoratum venissent; modò Numen, iure adorandum, prius in obsequia cognoscere. Congregabo eos ab extremis terra (dicit qui lux Gentium cæcitati) inter quos prægnans & pariens simul. Cuncta singularia, dum Gentilitas in Deitatis cognitionem aperuit lumina, alitruâ cordis redamantis fide, ex promptitudine obsequij: igitur quæ sterilis & cæca, illicò ut vidit, fides erga Deum concepit, prægnans & pariens simul, aperiens oculos: quandoquidem idem fuit concipere fidem, ac parere adorationem.

Ierem. 31. 8.

Eius mira promptitudo in adorationis obsequio.

Luc. 36. 18.

8. Pende illius infelicem miseriam, & in qualem Sole viso elatam gloriam. Speculum Gentilitatis erat cæcus ille iuxta Iericho, de quo dicitur, quòd sedebat secus viam mendicans. Vide dicta, Tom. 3. Tautolog. 7. D. 5. n. 16. Mendicabat Gentilitas cæca, coram saturata Synagoga, prætereunte cæcitate, quin in ullam moveret miserationem; quoniam quemcumque Gentilium superbus ille populus cæcum considerabat, in cognitionem legis admittere despicebat: imò si pro lumine clamasset, increpabat ut taceret. Cæcum ergo vocavit Christus, ne erraret cæcus: igitur nunquam illuminaretur cæcitas Gentilitatis, nisi per Christum fieret beneficium vocationis. Cùm adductus Christo, appropinquasset tanquam ad Solis flammam illuminativam; dixit illi: Quid tibi vis faciam? At ille: Domine, ut videam. Iesus illi: Respice, fides tua te salvum facit. Confestim vidit. Gratiæ prompta, sicut Gentilitatis pectora grata: equidem prius Christus illuminaret, modò prius illa illuminari petisset. Percurramus singula. Quid tibi vis faciam? Domine, ut videam. Nil amplius? Nihil. Sat profectò ad fidem est. Si videret, crederet: igitur si prius non credidit, haud aliò nisi quia lumina molesta cæcitas clausit.

Verf. 42.

Prius Gentilitas adorasset, si prius Numen cognovisset.

Tom. VI.

Ut videam & in luce verum Numen agnoscam. Error non ex malicia, sed pleñissimâ ignorantia: equidem relicto ferreo, Christum Solem adoravit; simulatque oculos ut cognosceret, aperuit. Respice. Respexit, & respiciendo vidit, & grata credidit. Fides tua te salvum facit. Nihil inter videre & credere intervalli: siquidem ut acceptis à Sole illuminationem, Numinis professâ est fidem: si pridem fides eius in Conditorum non visa; signum, quod sedebat cæca. Fides salvam fecit, ut Christum vidit. Vidit Synagoga, sed non fuit salva; imò oppressa repulsâ: pericula fuit: Ecclesia ex Gentilitate utrumque fidelis est: fideque salutem habet; quippe quam fidem semel suscepit, semper in corde retinuit. Stat fides per vulnera, per cruciamina, per mortes. Vera fides: quolibet discrimine mens immota: etenim ex quo Sol oculos illuminavit; vel morte irruente, in fide nunquam obdormit.

In fide scripta stat.

9. Intelligitur modo quod restat ex textu Amos. Querite me & vovite, convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem. Innuit Dominus, quod post Servator N. de Ecclesia ac de Synagoga. In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Synagoga quæservit, ut à se expelleret: Gentilitas ut viveret; ex quartum intentione tenebras convertit in lucem, suscipiendo Gentilitatem; diem in noctem, amandando rebellem: & videntes cæci facti, luce qua viderunt cæci; quoniam Ecclesia ex Gentilitate illuminatori credidit, dum Synagoga præ odio Salvatorem crucifixit. Alia rimor. Arefacta est ergo ficulnea Synagoga; in qua nihil præter folia, fœcundâ in fructus radice. Nihil invenit præter folia. Arcifatio arboris pomposæ facta subtiltatione gratiæ, cæcitate cordis remanente, & illuminatâ mirè Gentilitate: equidem ficus Synagogæ folia scripturarum habuit; sed Ecclesia ex Gentibus fructum tulit. Admirabilis est pomi huiusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ: inquit Plin. lib. 15. cap. 18. & lib. 17. cap. 27. Fici serotina fiant, si prima grossi detrahantur: subnascentur enim quæ serius maturefunt. Eadem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cutusque detrahantur; firmiores & fertiliores fiunt. Idem Columel. de Arborib. cap. 20.

Ioan. 9. 39. Quò illa videret, Synagoga cæcavit.

10. Fax est textui ex huiusmodi ficulneæ conditione. In proposito Prophetæ prænuñciavit: Ficus enim non florebit. Habebit fructus pro floribus; cùm Gentilitas cognitione Numinis, toleret fructus: equidem

Habac. 31.

X. 2.

dem ita cognitum Numen amavit, ut in fructus non floreret. Cupienti nil facis festinat. Nihil amanti celeritas, cui volanti gravis videtur pernicitas. Nescit tarda molimina gratia, dum flagrant corda: Gentilitateque inflat ficus, dum fructus tulit, non floruit; quoniam quicquid temporis expendetur in forum editione, detraheret tristis obsequiorum promptitudini. Admirabilis pomi huiusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem propter arte natura. Vehementior in Gentilitate pressura gratia. Ita admirabilis festinatio, ut simul essent Numinis adoratio & Deitatis cognitio. In oriente apparuit stella nati Salvatoris signum; & adoratum ecce Magi ab Oriente venerunt. Soufa lib. 6. à v. 98.

Gentilitatis gratia festinatio in officia.

Matth. Supr.

Ioan. Souf.

Homer.

Matth. 21.

19. Fioruit, quo Synagoga aruit.

Ibid.

Rom. 11.

17.

Ex in illa non ex illa.

quicquid radici detrahit ramorum antiquata perfidiam magnique habita, non tantum quia floruit fides; sed quia fides floruit ex ariditate Synagoga, cui nil fidei in dilectum, pompa vanissima crepitanum foliorum. Pende. Nunquam ex te fructus nascitur. Cur Christus non dicit folia? Ut fructificando firmaretur Ecclesia: igitur hæc in illam, & in fidei testimonium: duntaxat ex illa in illa sumpsit folia Scripturarum. Fuit Synagoga candelabrum, cuius lucerna fultit in lucem Gentium, radios profertens legis in cognitionem ab illa non cogniti Salvatoris.

Sic vos non obis, Dum alteri illuminatio, quoniam lucis candelabrum sine sensu. Dicit Augustinus, serm. de Tempor. 31. Magis querentibus, ubi Christus? Iudei responderunt, nec tamen ad eum ipsi venerunt. Ad hoc sunt autem interrogati, ut demonstraretur, eos non ad suam, sed ad Gentium salutem & agnitionem testimonia divina portare; ut sibi sumant iudicium, nobis prebeant testimonium. Quid aliud hic significavit divina providentia, nisi apud Iudeos gentes divinas literas remansuras, quibus Solus in instruere, & illi excacarentur, quas portarent non ad adiutorium salutis suae, sed ad testimonium salutis nostrae. En ficulnea sine fructu arida; Scripturatum tantum ostentans folia. Arator d. 2. v. 207.

Genus venit ab illo Circencisa loco. Psalmi lex atque Prophetæ Cui Christi cecinerunt diem.

12 Cuius & quorsum à Synagoga astruenda testimonia? Tantum Salvatoris? Etiam fortis felicitas Gentilitatis. Videndum in Allegoria. In signum Gentium nascitur Esau, primus ex filijs Isaac, rufus & hispidus: in typum Synagoga minor Iacob lenis & glaber. Unde Rebecca dictum: Due gentes sunt in utero tuo & duo populi. Maior serviet minori: idest, Synagoga Gentilitas, quæ, etsi primogenita, misera, quia abiecit fide, minori vendidit sine delectu primogenita, subdiditque servituti gravi collum: v. 33. verum aliquando pernix excussura iugum. Fratri tuo serviet (dixit Isaac, utriusque pater) tempusque venit, cum excutias & solvas iugum eius de cervicibus tuis: v. 40. cap. 27. Requirebat primogenita sua redhibitione Gentilitas, verum non habebat tabulas. Quid faciendum? Dum filius nascitur, & exponitur, ut possit aliquo cognosci ut filius, qui spiritus; exhibentur ocella signa, que solent esse munuscula, quæ crepundia, & aliquando in testimonium scheda, ne peccat, qui fortunæ exponitur, & sepe sapius à for-

Virgil.

August.

Arator.

Gen. 25. 23.

Cap. 27. 40.

fortuna fervatur. Dicit Euripides in Ione, à v. 26.

Ea que habebat ornamenta, Filio appendens reliquit.

Euripid.

Phœbus accipiens infantem ex cava petra cum fascijs, portavit ad oracula.

Filia spuria fuit Gentilitas, cetero primogenita, extra domum erroribus exposita, sine honore ex primogenitis; quoniam Synagoga erat filia promissionis. Cum donis proiecta est, ut illis signis optaret honori, primogenita dignitatem, cum regnum Dei daretur genti, & auferretur à procacitate Synagoga. Nulla erat illius iuris Scriptura, quantum haberet Gentilitas signa dona: & cum ficulnea Synagoga arceret, folia & folia providentia reliquit; ut ex scriptis & donis, nascente Christo, iuris antiqui claretur testimonium: igitur agnita filia, cui debebantur transmissa primogenita; sumpto testimonio ex folijs sacrarum Scripturarum, & muneribus Magorum.

Unde Gentilitas cognita tanquam filia primogenita

In sepulchro Adami inclusa dona Magorum.

13 Hoc enim intaitu Adamus præcepit filijs, ut eius ornarent sepulchrum, cum cadavere locando myrrham, incensum & aurum. Vid. Eutichium, Annal. Alexandr. fol. 19. Similiter Lamach commendavit Noë, ut ossa Adami fervaret, & custodiret cum donis loculo inclusis. Idem fol. 32. & Gabriel Alvarès, de Toledo in Histor. Ecclesie, cap. 26. Hæc dona permanerunt in Gentilitate, ut quæretur in diebus novissimis Salvatore, & per eius illuminaretur fidem, noscereturque filia, quæ olim exposita, ac eligeretur in Sponsam dilectam, cum ille repudiaret Synagoga; apud quam erant testimonia scripta, firma, fidelia; quoniam si Gentilitati pretiosum pignus, Abrahæ dicta sunt promissiones & semini eius. Hinc de Patriarcha dicitur: Dedit cuncta, que possederat, Isaac; & ceteris fratribus largitus est munera; & separavit eos ab Isaac, ad plagam orientalem. Quavis scriptura esset in gratiam Gentilitatis, non erat apud Gentiles. Opus erat scriptura, quantumvis haberet dona, ut feliciter nascente Salvatore redhaberet, quod erroribus amittit: Magique cum Orientis muneribus, inquirunt, Ubi Salvalor natus, qui hereditatem filie expositæ reddidit; ut consistere acta iuris, ex Scriptura loquente & muneribus oblati. In orientali plaga erant dona, sitionibus pignora, pro tempore quo ad illam lucem emissurus Sol. Testimonia in domo Isaac. Utrumque necessarium, ut dimissa Synagoga, succederet in nobile patrimonium: excutiens cæcitate, atque servituti iugum; quia ipsa regni Dei fructum factura,

Hereditas restituta Gentilitati.

cum Synagoga duntaxat haberet folia: folia que sacra sollicita querit, dum de Rege nato inquiri; ut sibi restituitur, quod à filia minore retinetur: equidem si munera & scripturam exhibebat Gentilitas, ad illam iurè spectabat hereditas.

14 Quidam revertentes de Babylone in Iudæam, quaesierunt scripturam genealogie sue, & non invenerunt, & ceteri sunt de sacerdotio. Ad primogenita inter Hebræos etiam pertinebat sacerdotium. Vid. Alapid. in Genes. 25, 31. Hoc munus quærebat Gentilitas in summam gratiam; verum non inveniebat genealogiam: dona erant signa, sed non erant scripturæ testimonia: solummodoque à Synagoga Gentilitas testimonium quaerit; quippequam ad sacerdotium cætera secum habet. Scriptura dicit: Reges Tuaris & insule munera offerent; Reges Arabum & Saba dona adducent. Psalm. 71. 10. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Itai. 60. 6. Hæc scriptura erat in archivo Synagoga: dona tenebantur à Gentilitate. Non utcumque hæc dicta, sed dum in Oriente, signum nati Regis oriretur stella. Hinc Regina Saba, quæ cum auro, myrrha & thure venit ad Salomonem, uti diximus in Liter. n. 6. non habuit Magorum gloriam; quoniam licet dona afferret, non habebat scripturam, quæ implenda Gentilium felicitate, ubi pro Rege nato stella nasceretur in Oriente. Nato Christo, stella nascitur. Gentilitas in maiorum donis habitis progreditur; quia tunc Gentium intratura multitudo, si dona comprobarentur scripturæ testimonio: Magique intrantes domum; invenerunt puerum, & in eis Gentilitas Sponsæ honorem, maioratus celsitudinem; quoniam Scriptura comprobante, stella oriente, futura nati Regis sponsa, que secum in adorationem afferret munera. Magi qui ex successione filiorum Abrahæ (ad orientalem plagam habitantium queis dedit thus, myrrham & aurum, ut ait Epiphanius in Compend. doctrin. & ex Tradit. Hebr. Pined. in Salom. præv. lib. 5. cap. 14. S. 7. n. 37.) descenderunt, eadem dona in participatione eiusdem spei Christo in Bethleem obtulerunt: inquit Baron. Ann. Christi. I. n. 26. Ita muneribus voto potius Adamus, dum in signum Gentium felicitatis insitit custodiri pignus. Ex duobus populis, primus recedens ab hereditate, tandem tandem rediturus Conditori; & fide firmâ obtenturus primogenita. Ne in perpetuum periret, exposito muneribus signa posuit. Venit tempus, quo Sol ortus: factaque propter fidem Gentilitati expulsa ab hereditate gratia; quia cum mu-

r. Etdr. 2. 62.

Cur Gentilitas interrogat Synagogam de Christo nato?

Vest. II. Cur munera attulit & à Synagoga testimonium quaesivit?

Baron.

Filij Abrahæ dona Magorum munera.

mu-

muneribus erant convenientia testimonia.

15 Illustis occurrit Alegoria. Serva & captiva inter Gentiles debebat Ethier, dum ab Assuero est repudiata Vasthi. Edithum, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediat...

Eth. 1. 19.

Cap. 2. 10.

Vet. 17.

Matth. 21. 43.

Electa in regnum Gentilitas & sponsam.

Rom. 15. 9.

Luc. 15. 31.

Virgil. 5. Ancid. v. 100.

Chalcid.

cum nocturno itinere suspexissent Chalaorum profecto sapientes viri, & consideratione rerum celestium satis exercitati; quaesivisse dicuntur recentem Dei ortum...

Pueri celebrem non aestimat ortum, Civibus ignotum propriis gentique regenda, Externas qui notus erat Rex magnas adoras.

Souf. d. v. 91.

DIDASCALIA II.

Mulier si mala, pessima.

1 E Gimus Tautolog. 1. D. 3. de foeminarum erga cultus ambitione, modo de malitiosa curiositate, ac voluptate; quae magis nocent dum cautiis latent...

Foemina mala peccata.

M. Senec. modum non servat inquit Marc. Senec. in Excerpt. lib. 3. Controo. 8.

Propert. Accinit Propert. lib. 4. Eleg. 1. v. 146.

Euripid. Nos natura sumus ad bona ineptissime malorum

Ruina generii.

Chrysol. in

in paradiso, in regione vite, ecce vos ubi posuistis eum. Hem hominibus. Luitur & intine indulgentia: nihilominus stoliditas tanta; ut neciant ad nihilum per feminam infelicitate redacti, subverfos esse praevoluptatis furore.

Exod. 38. 8.

Specula & coma dicata tempiti.

Capell.

Martial.

Utrunque Monialem detecet. Exod. 30. 18.

Alapid.

Euripid.

2 Fecit Moyses labrum aneum de speculis mulierum. Olim usitatum a foeminis Ethnicis, proventis aetate, Specula dicere Numini; haud, praet auguror; devotionis affectu, sed interiori fastidio: igitur laevia crystallina imaginem sine blandimine aspectui reddebant; haudquaquam praet corda dediderant; Nolebant videre, quam videre nolebant. Hinc Phryne fregit, Veneti speculum priusquam petra dicaret. Prenitens speculum inter donaria defixerat, quo se removens, vellet originem: ait Martian. Capell. in Mercur. nupt. lib. 1. A Livia dicatum in Capitolio refert Plin. lib. 37. cap. 2. Vide dicta Tom. 4. T. 1. D. 2. n. 7. & Maiol. Tom. 5. Collog. 4. Prudenter quidem & in exemplum: removit a se pessimum consiliarium: etenim maior dolus, ubi docebat verax falsos cortigere vultus. Simul cum speculo, ut essent gratiora munera, saepe dicebatur coma; ut late canit Statius 3. Silvar. 3. a v. 94. & Martial. 9. Epigram. 17. inquit: Speculum, dulcesque capillos.

Sapit lanè foemina abdicatione utriusque, maxime proventu aetate: etenim si cogitationes designantur capillis; utriusque immemoriam dicit iudicium phronesis: claret quippe in matronae iudicio, ubi speculi strophæ nec cogitatio.

3 De speculis mulierum, qua excubabant in ostio Tabernaculi. Perfectio innuitur Monialis, in huius munere commendabili oblivione: equidem implicat speculum, & excubare ad Tabernaculi ostium. De speculis mulierum: id est, ex intuitu novissimorum: subdit Alapid. Mira sententia Mulierum specula & virorum novissima? Pendet. Novissima sunt Mors, Iudicium, Tartara & Gloria. Mulier gloria viri est, sed saepe fallitur cor: igitur dum vir sollicitus de foemina gloria, illa detrudat in tartara. Euripid. in Oreste, a v. 600. Coniugia quibus mortalium sunt felicia, Illis est beata vita; quibus autem non rectè cadunt,

Ij sunt miseri intus & foris. Mulieres semper Omnibus casibus impedito sunt viris ad felicitatem.

Coniugia profecto rectè facta, sed aliquando summè infelicitate quae felicia: equidem

protervis moribus, duris cervicibus, inflexibili corde, ferreo pectore, iudicio evanido, arrogantia morbo, dum viris videtur ducere in gloriam uxorem, introducere in domum totam infelicitatem. Miserandi omnino qui gemunt in huiusmodi ergastulo, respicientibus in speculis mulierum, quicquid in novissimis horridum: equidem pro gloria obeunda, ita obvertuntur specula; ut licet viri patientia armis reparetur animus, fiant novissima hominis illius peiora prioribus. Finis alterius mali gradus est fururi: igitur cum foeminis converteri, tanquam novissimorum claritate speculi; est iudicium amittere, mortem pati, atque infernum sustinere.

4 Nemo loquebatur lobo nec in solamen, quippe eas dolorem videbant esse vehementem. Uxor etiam plagarum vidit; & non plagarum, sed mariti caduti, dicens: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedictio Deo & movere. Dialecto nostra: Ay asno semejante en el mundo? Por qué no te das de puñaladas? Dæmonem in speciem uxoris apparuisse, vel in illam ingressum; asserunt plures DD. Chrylost. in Iob. Homil. 3. Basil. Orat. 11. de Patient. Origen. lib. 2. & alij in Caten. apud Genad. Indoles eadem in virorum supplantationem: igitur ubi illarum non micat commodum, non aridet probulium; cogitant quae tantum ardebat cogitare dæmon. Inimici domestici sunt, & sine escagio, ut homo evadat periculo, illecebris inaurato: equidem cum semper ad latus & vomentes virus; haud rimula apparet in libertatem, nisi contemplari in illis dæmonem loqui, vel in figura coniugum ad tentamen apparete. Carpitur uxoris lobi maligna, verbosa morositas, & de dæmone & illa triumphum innoxia irrita simplicitas; dicente lobo, considerato difficili articulo: Quare non in vulva mortuus? Facillius est tolerare mortem, quam in coniuge dæmonem. Ad victoriam iudicium meum. Dæmonem cognovi, ut mulierem blaterantem audivi: equidem & iudicium & victoriam amitterent, modo stolato dæmoni praberem aurem. Utinam appendere-retur calamitas quam patior in frater! Sanè mollelissima, sed profecto patientia necessaria. Si Justinuero, infernus domus mea est. Patientiam meam quis considerat? Quid levis expecto? Mea quid patientia prodest?

Mulier quomodo vivit? foemina peccatula?

Iob. 2. 9.

Sub eius imagine dæmon.

Cap. 5. 11.

25. 7.

6. 2.

17. 13.

Souf. hic.

Quantum labor ex illa est coivitalis?

ris, ad acrimoniam cruciaminis: equidem cum ex novissimis unum sit gloria, quæ à viro modò collocatur in femina; per illam urgente diabolo, cætera novissima explorabat in speculo: summum scilicet tormentum, ni vincens sibi servaret iudicium: acerbiteram simul dirisimæ mortis, atque dolores inferni, undecumque circumstantes. Vernaculè, vividius: *Tratar con ellas, es una muerte: perder el juicio, y padecer un infierno.*

3. Reg. 10. 11. & 4. cap. 25. 15.

5. *Que aurea, aurea:* dicit Tautologia, simulque *Gemmas pretiosas*. Gemma viri mulier est, erga quam apponit cor: fallitur, erga falsam, verà abutentem cordis æstimatione, dum arbitratu amicum, cui non ipse; siquidem quò plus debet, magis odit, ni in probubia facultas per fas & nefas: patetque speculum novissimorum, quin gloriæ pateat extremum; quoniam in summa anxietate, gravissimoque labore, nec invenitur vitrea, quæ observabatur uti gemma pretiosa. Aurea cogitabatur, sed aurea non erat, dum officia deaurabat. Sub auro latebat serpens, & apparuit erga virum tempore tribulationis: igitur maiestate evanescente, dimittit auctoritate; quæ fulgebatur aurea, gemma pretiosa, in maritum inilite tanquam aspis proculcata. Quaritur, quid esset, quod Troia & Romæ dicebatur Palladion? Quia fuse in *Ephemer.* 15. lun. egi, prætermittant signans modò quod tantum ad Didascaliam.

Palladij insignia. Caellan.

Erat imago femina, tenentis gladium & colum: inquit Caellan. 2. *Catalog. glor. mundi*, Consider. 8. In feminatum opposita officia, in imagine Palladionis obiecta, nec simul ab illis sumpta: igitur si non sumperit colum, tenebit gladium. Muneris eius sunt trahere pensa, ducere fila, torquere stamina, acu pingere, velaque prætexere. Unde Evelthon; ut refert Herodot. lib. 4. n. 38. Phœtæmæ postulant gladium, misit ad eam dono solum aureum, atque colum pensò circumdatam. Colo & fuso habet femina gladium, in cunctas acies vitorum: sin autem otiosa maneat, sus Boeotica pulvinaribus recumbat; gladium & furiosa evaginabit, obvios utcumque percutiet: etenim ubi vagans sine lege pravum cor, in domo nec in familia nunquam potest esse pax. *Difias* (inquit Hieronym. *Epist.* 7.) *& lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fufum, stamina pollice ducere: spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens.* Hoc opus femininis: aliàs munus fœmet militis, quæ cuncta everte, cunctos punget, punctum ac cæsim universa devastabit, ita ut nec Hercules resistere possit; pavidis omnibus ad dæmonem stolarum, otiositate furiosum.

Herodot. Mulier otiosa timida.

Hieron.

6. Furia quidem est. Intenderis otiositatis effecta vel in pacifica. *Quid videbis in Sulamite (Vana, dormiente, despecta, captiva, mutabili, variabili.* Ita interpretatio vocis. Vid. *Lexic.* Hebr. & Chald.) *nisi choros castrorum?* Mittitur num in bellum? Si domi floret nova nupta, pro choris videntur in una femina castra? Extollatur ergo regius ornatus & non exercitus: igitur Sulamitis venit in connubium, pacem mittere, non gladium. Quare inter celebres plausus ita planè pulchra, & plenè compta, erit convivis ut castrorum acies ordinata? Quia ita compta & ita pulchra, dum præmonstrare debebat matris-familias speciosa ministeria eius sanè sunt, domum servare, sese suaque custodire, non videri, non vagari: & chorus castrorum meritò designatur, ubi otiosè femina pulchra propria in domo circumspicitur; quoniam necesse est ut sumat furiosè gladium, quæ oblita officiosè colum: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis!* Fœminæ profectò primum quod sonat plausum: igitur domus ruina, quæ duntaxat plauditur uti vaga. *Pulchri gressus.* Hebr. *In calcamentis pulchruerunt ictus.* Haud in femina decorum encomium, commendatio ex elegantia pedum: iurèque quavis gressus dicitur ictus, quoniam ab illa in vulnus habetur gladius.

7. Uterius: Chorus est castrorum, quæ scitula in ornato sandalium, quippe de incessu plauditur, quasi lepidula dum ornata progreditur: obijciturque ut castrorum chorus ita culta, dum pollet singulari inter cunctas elegantia; ut viri studio cognoscant, quam in domum ducti venustate ducant: igitur curiosam ornatos, festivi gestus (cui foliaceus & follicatus cothurnus, crepidæ crepidula, suppedes teniatæ, variegatæ lenicis, lignis aureis, & aliquando pyropis) ducere sponfam in domum; est sempiternum introducere bellum. Sufficit curiositas genio. Quid si accesserit adulatio? Amittit sensus, quo domi ingeritur gladius: etenim ad cætera lubens dormit, quæ in cothurnos duntaxat sedulo incumbit. *Curiositati pes vagus, & indisciplinatus oculus famulantur* (ait Bernard. loc. cit. de *Convers.* ad Cleric. n. 10.) *vanitati aures & lingua:* quæ quidem omnia in extremum domus, quoniam in opus proprium frangitur fufus. Haud indecore audirent, modò versato fuso pensa devolverent. Fomenta ergo & vanitatis, & curiositatis, & vagationis indicat Euripides in *Phœnis.* à v. 206.

Cant. 7. 1.

Euripid.

Querulum enim est muliebri genus. Et cum parvas occasiones sermionis accipiunt, Plures addunt. Voluptas verò quadam Mulieribus est, ut nihil sani inter se dicant.

Quam noxia illarum matris con-versatio!

Ovid. Propert.

Et si qua est illi formosior, invidet illi: Præ se formosis invidiosa Dea. Uti dicunt Ovid. 9. Metamorph. fab. 1. & Propert. 2. Eleg. 28. v. 10. Apposite Plaut. in Mustellar. Act. 1. scen. 3. à v. 91.

Plaut.

Credo mihi speculum, ornata ut sim. Quid opus est speculo, quæ tute speculo Speculum es maximum? Cui atatem spernit, Speculo usus est. Lepidè profectò & urbanissimè: dæmon ingerit memoriæ, quod si oblitus, in speculo suggeret amor proprius.

Ibid. Et que vana, furibunda da.

Ovid. Epist. 16 à v. 125.

Contenta est oculis hominum mea forma probari. Proxima, me visam præmia summa tibi.

Studia & vanissima verba.

Hinc inde tela texitur, & inter pedibus, inactis & bellaria tempus supervacue carpitur, in memoriam revocantibus; quid Aulæ in femine cultu approbet, quidve reprober. Unde mater-familias otiosa in huiusmodi quilibet, sit *vana, captiva, variabilis & mutabilis*; quin sufficienti opimi divites census, in mutationem, renovationem, ac commutationem habitus, discernim crinium, & præstigios corymborum: siquidem ad huiusmodi cerebri vacuitates tanta femine fragilitas, ut aurà leviter mutetur in horas: quæ enim modò delicatè fastidiunt, postea in ore suo complacebunt. *Studia ut plena recordia* (ait Tacit. 3. *Annal.* cap. 50.) *ita inania & fluxa sunt.* Hanc occupationem pessimam femine habent, tantum in occupationem. Negotiosæ in ocio sunt, in quo nullum utile negotium; quoniam illarum probatio vitium mutatur in vitium. Carpit Seneca. *Inter cætera mala, illud pessimum est (inquit de Otio Sapient. cap. 28.) quod vitia ipsa mutamus (non mutatur ex vitij) Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus: alterna inter cupiditatem nostram & patientiam vicies sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudiciis.* Hæc feminarum studia, iudicia nimium aliena: igitur vel in suis rebus, ut floreat usus; relicta repetunt,

Bellum est domi studens ornatus curiositati.

Bernard.

Tacit.

Senec.

atque petita præ vanitate relinquunt: sequè offendunt in patrimonium atque copiam divitarum, exterminatores, plagiarios choros castrorum.

9. Progrediamur. Præfens sicine virus incipit auribus blandula serpens obsequio visitatrici; ut ferro & igni familia inferatur bellum, quippe in manibus matrona iam portat ignem & gladium. Quodnam speculum intuebantur famulæ? Quodnam filiæ? Ex ovibus serpentum, frequenter genimina viperarum. Unde illa apud Plaut. in *Truculent.* Act. 2. scen. 5. v. 18. dicebat: *Ego quid mala sum, matris operà Mala sum, & meâ malitiâ.*

Effertur vitia materna.

Plaut.

Andromacha apud Euripid. allodens libertatem Helene; ex Leda matre, v. 622. ait: *Ex bona matre filium ducatis, Non pulum male mulieris. Effertur enim vitia materna.*

Euripid.

M. Senec.

Et Marc. Senec. *Controvers.* 29. *Ferarum cæculi cum rabie nascuntur: venena statim à radicibus pestifera sunt.* Haud deponitur facile, si venenum à radice: habent enim in vitium propensionem & exemplum. Quid non cupient puellæ in ætatis flore, lasciviente sanguine, videntes matris comitem individuum speculum, rutilare corymbum, coruscare galericum, subrispos cincinnulos turgescere, tricas extolli, pingi faciem, singi colorem (quo artificio formosiores transformantur in striges: nam ut floridè notat Plaut. in *Mostellar.* Act. 1. Scen. 3. v. 118. *Vetule edentule, quæ vitia corporis suo occultant,*

Ornatus in vetulis, decus.

Plaut.

Ubi sudor cum unguentis consociavit, istidem Olent, quasi unâ multa iura mista à coco. Quid oleant nescias, nisi malè olere.) Quod quidem nihil aliud, ut ait Hieronym. *Epist.* 10. nisi ignis tuorum, fomenta libidinum, & impudentis mentis indicia. Ita gressus frangens procedit vana, & cuius facies incensura niveis; ut canit Martialis. 9. *Epigram.* 3. ut de voluptate transiens in curiositatem, hinc in ambitionem, deinde in malignum conamen; non solum introducat in stragem choros castrorum, sed catervas dæmonum.

In puellis prorsum ruina.

10. Sicut oculi ancille in manibus domine suæ: ait Psalmographus. Servire ad oculum, est promptissimum servitium: igitur obtendantur nutus in exhibitionem obsequij, & placita voluntatis complentur in ictu oculis præveniente obedientiâ ex aspectu voluntatem, quasi aures haussent vocem.

Quique notis linguam superet, cursumque loquentis.

Manil. 4. v. 198.

Que-

Tom. VI.

V

Ve

Verum ancillarum oculi in manibus heræ? Quorsum? In illarum institutum: equidem cum manus signent opera, quæ videntium sunt exempla; oculi ancillæ non in oculis collocauntur, sed in suæ manibus domiæ: quandoquidem nihil ad obsequium ministræ faciunt, nisi quæ servientes viderint. *Animus dominarum* (ait Hieronym. quò dudum) *ex ancillarum habitu indicatur.* Qualis erit heræ, si pomposus ancillæ? Qualis heræ, talis & pedesqua: mores iuxta mores: equidem imitantes quæ vident, simiæ dominarum factæ; iuxta illarum prava, vel improba facta, quasi in blandimen & gratiam operantur ministræ. Filiz de latere surgunt, ut nonnunquam in matrem intueantur, & quorum oculi in manibus genitricis, in studium instructionis, surgentes illius studia bona vel mala, utpotè matris specula: etiam nil aliud specie repræsentabunt, nisi quæ à matre speculis obijciuntur. Dicemus latè *Tom. seq.* ad illud *Ezech. 45. Filia matris tuæ es tu.* Ex otiosis enim otiosæ, ex vanis vanæ: neutrumque habebunt, tendentes in vanitatem genitricis & ocium; si digiti eius apprehenderunt fufum.

II Coram Ianone, Venere & Parcisi fita apud Priscos Dea Syria, cuius *caput radijs insigniebatur, altera manu gestans sceptrum & altera fufum.* Ita Lucian. in *libell. de ea & Chartar. in Iunon.* fol. 119. Omnes dotes Dearum continebant insignia huius imaginis, ut mulieris insignis contarent dotes: equidem si ubi nulla otiositas, femine conciliator maestas; meretur profecto inter feminas sceptrum, quæ pro scepro ad ornatum potendit fufum. Non mollia efformant feminam in commendationem, sed familiæ regimen: cuius sceptrum insigne, comite fufo: igitur si ex doribus & non dote commendatio; a fuso maestas provenit: sine fuso quidem, quanvis teneat sceptrum, minime regit. Dotes mulieris sunt regere domum, seipsum exhibentis operationam exemplum: & ubi propter uxoris auctoritatem datur sceptrum, illa demonstrat & fufum; ut luceat unde labor, femine eminentis splendore: equidem abdicto colo & fuso, à quæis sceptrum participat maestatem; est principetur cunctis, non habet regimen. Caput radijs fulget, quia fufus femine decus: etenim exercitio quam agnoscebant mulierem, adorabant tanquam Numen. Rutilant dotes, unde pretiosæ mulieres, fulgente facie ex exercitio decore: igitur spectabili tota radiorum maestas, a splendore duntaxat matris familias. Hac de causa cum nova nupta, in Sponsi domum, colum inferre-

bant & fufum. Plutarch. *Rom. qq. 29. & 30. Colas & fufus cum maeva nupta.* & Pier. Valer. *lib. 48. cap. 25.* Signum utique probitatis, castitatis & utilitatis; gladijque in vitia, quæis depravatur improviso femina. Hocine intuitu Syria Deæ maestas adversas Iunonem, Venerem stat & Parcias. Alexipharmacum fufus: igitur in illo utpote scepro, scuti rutilant decus in vanam ostentationem, desiderium otiositatem, infidiosam Venerem, & sagittiferam mortem. Succinit Iuvenal *Satyr. 6. à v. 286. Unde hac monstra tamen, vel quo de fonte, requirit?*

Præstabat castas humilis fortuna Latinas. Quondam, nec vitijs contingi parva sinebant. Tecta, labor, somnique breves, & vellere Tusco Vexata, duraque manus: Saviour armis Luxuria incubuit.

12 Mulier fortis, ideo, insignis, ubi invenitur? Affinis Tautologia lectio Armenica: *Mulierem sani cerebri, qui inveniet? Pretiosior ea est lapidibus pretiosis.* Coram oculis est tantæ felicitatis difficultas. Verum videamus, unde illius æstimabilis pretiositas. An quia simul apprehendit fufum & sceptrum, querendo lanam & linum? Non aliunde splendor eius ex specioso labore. Verum pendet. *Operata est consilio manuum suarum.* In illa splendet consilium, dum nulla habet sanum cerebrum: igitur impendere quod debebant in regimen credit domus; sine mente expendant in crotacula & ornatus. Sit ergo: & utinam non! Sanum habent cerebrum, nec pro putribus stridulis crotaculis perdacerent usque in insaniam iudicium. Delectat summè in uxore prudens pectus: exterum quomodo simul erit consilium in manibus? Consilium est iudicium in agibilia, quod sedet in capite, pro agendorum directione, ut fiant rectiora, & removeantur damna, in proficuum actionum utilitatem; manus duntaxat in operationem: manibusque femine industria signatur etiam consilium; quippe familia consuluit ex operatione manuum. Molestant vitia puellas, quæ debent conspiciere tanquam Parcias, maxime formæ vanitas, levis Venus & otiositas: consiliumque datur manibus matris-familias, quoniam suavit, induxit, docuitque per manuum operationem, fugere otiositatem, formæ studium, iudicium vanum, penitentiam Venerem, & demum animæ mortem.

Aut ducunt lanas, aut staminis pollice versant, Aut herent tela, famulæque laboribus urgent.

Hæc sunt cibaria, quæ præstat ancillis, ratio-

Colas & fufus cum maeva nupta.

Car fufus femina decus?

Iuvenal.

Prov. 31. 10

Veit. 13

Exercitia matris famulæ loquacia.

Ovid. 4. Metam. famulæ. 7. Vers. 15.

Hieron.

Nihil agit famula, nisi que & domina.

Dea Syria. Lucian.

Imago vestit domus regimini.

tionem exempli & laboris: igitur cum tota vitæ ratio à colo pendeat & fuso; ne perirent fame, consilium acceperunt à manibus domini fufi.

Verf. 29.

Verf. 30.

Ovid. 2. Amor. 4. v. 28.

Dei filiarum, matris in regimen exercitium.

Verf. 30. Malacand.

Polyb.

Credulitas Nabii.

13 *Multa filia congregaverunt divitias: tu (dicitur) supergressas universas.* Hæc uti lectissima plauditur per congregatas opes; sed magis per feminarum artes, quæis illæ optima; dum excellit dorum claritas: verum hæc in cunctis supergressa est universalis; quoniam si in manibus honestissimum consilium, illarum operationem dedit filiabus exemplum. Hinc rerum copia, & monilium ad ornatum abundantia, quæ splendet domus, & mulierum decus: equidem si ex genitrice dimanaret otiositas, filiz nequaquam congregarent divitias.

Tam doctas quis non possit amare manus? Vide Plin. lib. 8. epist. 5. Claud. Minoen hic, & quæ diximus Tom. 1. T. 6. à n. 9. In intellectu manuum suarum deduxit eas, docens quamvis dignissima feminarum speciositas, torquendo subregmina pollice, stamina deducendo misce, glomerando utraque subtiliter arte; quo pudicitia servatur, virtus custoditur, modestia pollet, otiositas fugit, ex consilio manuum, quod ditissimum consilium: igitur si docuit & colum & fufum natas, haud illis potuit ampliores dare divitias. *Fallax gratia & vana est pulchritudo.* Maluenda: *Falstas, gratia & vana pulchritudo.* Quæ longè à consilio manuum, familiæ virique sunt exterminium: igitur in vanitatem fovent pulchritudinem & gratiam in falsitatem, linuntque ora venenis, ut dulciter interimant sicut aspidem: viri iam transivum infeliciter pectus, quando cognoscitur dolus.

14 In his vanis; de gratia ac pulchritudine gloriosus femine, videtur quicquid excogitavit dira tyrannis. *Nabis Sparta tyrannus* (refert Polybius, *Hist. lib. 13.* & *Urb. Eminent in Lacon. Republ. 13.*) *machinam extraxit, simulacrum scilicet muliebri, pretiosus vestibus indutum, forma similitudine uxorem eius referens.* Hoc artificio si emungere divitias civium nequibat, abnuentes interfecit. *Ego, dicebat, fortasse quod cupio, persuadere tibi non possum: uxorem meam puto tibi persuasuram. Constatim aderat simulacrum: tunc excitata è sede femina, per speciem comitatus prehendens dextram illius, mox utraq; manu eundem amplectebatur, & paulatim ad pectus compressabat.* Erant autem ei cubiti & brachia ferreis clavibus plena, quos vestis occultabat: similiter etiam in mammis infixos clavos habebat. Quando igitur brachia impreserat

Tom. VI.

dorso mulieris, mox organis quibusdam attractum intendebat, & paulatim ad mammam adducens eum qui premebatur, omne genus vices cogebat edere. Hoc enim modo multos interemit. Huic simile idolum diabolus conficit in qualibet femina, vana, otiosa, voluptuosis dedita, stultiose compta, superflue ornata, ostentatundè polita, superbia pomposa, onerata lapillis, onusta gemmis, scitula specie, etiam cum nomine idolis quippequam circumornata, ut similitudo templi, cuius vana pulchritudo, sicut imago: igitur ita fallax gratia in eum qui obsequijs illius vanitate indulget; ut inter eius brachia amplectendo trucidet, postquam illius delirij redactus in inopiam infelicem, nequit ampliora expendere in vanitatem. Utinam obliqua esset cogitatio, & falsa uti pulchritudo! Haberet utique quæque præ oculis; sed illarum sine lachrymis. Aptè Plautus mari confert.

Mare devorat, sed nunquam abundat. Mare saltem servat: quod illi subest, apparet. Quod saxina huic datur, nusquam apparet. Nec datori, nec acceptrici. Miseram blanditiâ Intulit in pauperem velut meretrici; Privavit bonis, luce & bonore.

DIDASCALIA III.

Monachus èo spectabilior, si quotidie melior.

P Lura de tepiditate & vitæ spiritalis torpore, dixi in *Liter. à n. 43.* in illud: *Nec frigidus nec calidus: modo aliquid dicendum pro Monachorum statu; ne illius in illis inoleat oblivio, quæ decolor pretiositatis perfectio.*

Unde fit hoc? Certè res prodigiosa videtur. Hæc loca si procul bine vidæas è rupibus altis, Plingue solum, & multo vestitum gramine dicar.

Quò magis approprias, tantò magis omnia sordent.

Canit Mantuan. *Belog. 9. à v. 116.* Si longè sæculum, fulgebit nimis pretiositas Monachorum: igitur qui status memoria cum perfectione fulgent, oblivione perfectionis corruptissimè sordent.

Sanctos vos putabant, & magnos omnes, Nunc autem mancipia, stultos, insanos: Iam furiosos percutient vos, & in sacris In vos aiceps statuit laqueos, reticula, virgas, Aristoph. *Non volatis & alas habetis*

Ait Aristophanes in *Aves, Act. 5. à v. 211.* Y 2 In.

In qua tormenta fallax deducit femina grata

Plaut. Trinul. Act. 2. scen. 7. n. 16

Mantuan.

Cum seculum laribus sordent, qui in claustris fulgent.